(20. Patrinus debet secundum usum Ecclesiæ et Ritum Pontificalis Romani esse ejusdem sexus, cujus est confirmandus. Est communis ex dispositione Pontificalis Romani. Reliqua de Patrino Confirmationis sunt proportionaliter resolvenda juxta dicta de Patrino Baptismi. Vide ibi.

(21. Cæremoniæ omnes, quæ antecedunt, comitantur, et sequuntur Confirmationem, distincte referuntur a Bellarmino de Confirmat., cap. 13, a Castropalao, et variis aliis, unde hic aliqua tantum de istis breviter explanantur. (22. Confirmatio igitur debet administrari ab Episcopo cum Pluviali, Mitra, Stola et Baculo Pastorali : Sac. Congreg. Concil. in Brixien. 19 Februarii 1585 (1). (23. Quamvis Episcopus Sacramentum Confirmationis deberet conferre in Ecclesia, quantum commode fieri potest, ut observat Herincx, dist. 5, de Sacrament. Confirmat. qu. 8, num. 64, et ita stricte teneri asserit Magnus, in 3 par. D. Thomæ quæst. 72, art. 12, circa finem, vers *secundum ritus*, tamen simpliciter loquendo potest Episcopus illud conferre in quovis loco decenti; Barbosa, loc. cit. num. 13, cum pluribus aliis. (24. Monialibus tamen ministratur ad fenestellam Communionis, unde propterea non datur licentia egressus, vel ingressus; Sac. Congr. Episcop. in Cæsenaten. 6 Junii 1601. (25. Episcopus potest Confirmationem conferre in die feriali, etiam post meridiem, quamvis non jejunus et ipse, et suscipiens, cum hoc nulla lege præscriptum reperiatur, nam solum consulitur in c. *Ut jejuni* 5, dist. 5, de consecr. ut observat Barbosa loco cit. num. 12. Sylvester verb. *Confirmatio* q. unic. Bonacin. de Sacramentis disp. 3, q. unic. punct. 2, num. 14, et fuit dictum supra art. 2, n. 40. (26. Episcopus potest conferre Confirmationem etiam tempore Interdicti, et in loco interdicto; cap. *Responso* 43, de sent. Excommun. et cap. *Quoniam* 19, de sent. excommun. in 6. Barbosa de offic. et potestat. Episcop. part. 2, allegat. 31, num. 23, cum pluribus ibi citat. (27. Episcopus debet propria manu ungere Chrismate consecrato confirmandum in fronte : sic præcipit Pontificale Romanum. (28. Unde Confirmationis Sacramentum immediate manu Episcopi esse conferendum, ita ut sit nullum, si conferatur medio alio instrumento, resolvunt Diana p. 3, tract. 4, resol. 20. Layman. in Theol. Moral. lib. 5, Tract. 3, cap. 2, num. 5. Filliucius tom. 1, tract. 3, c. 1, n. 17, apud Barbosam loc. cit. n. 26. (29. Inungitur confirmandus in fronte, ad indicandum hujus Sacramenti effectum, qui est gratia collata ad audacter profitendam Christi fidem; cum enim frons sit sedes verecundiæ, par est, ut confirmandus in fronte inungatur, ut sine rubore, et verecundia Christi nomen confiteatur. Ita communis (2). (30. Frons Confirmati aliquo panno circumcingitur ne recens unctio defluat, aut deleatur. In hoc tamen est servanda cujusque loci consuetudo, ut monet Suarez, Henriquez, Coninch apud Layman loc. cit. n. 7, nam alicubi mos est, ut mox post collatum Confirmationis Sacramentum, frons Confirmati abluatur ab aliquo ex assignatis Sacerdotibus spongia, vel alio linteo; alibi expectatur, donec sit exsiccatum Chrisma, et alibi circumfertur vitta, seu pannus linteus aliquibus diebus (3). (31. Percutitur alapa ab Episcopo maxilla Confirmati dicendo *Pax tecum*, ad hoc ut Confirmatus intelligat se roborari hoc Sacramento ad fortiter, et invicte tolerandas injurias, et imminentia pericula subeunda propter Fidem Christi, et recordetur hujus Sacramenti suscepti, et militiæ ad quam exercendam conscribitur. Ita communis cum Durand. in Rational. divin. lib. 6, c. 84, n. 6. Barbosa loc. cit. num. 26. Bonacina loc. c. q. unic. punct. 4, n. 9, (4). (32. Ubi autem resolvit, omissionem alapæ non videri peccatum mortale, et idem tenet Barbosa loc. cit. num. 27, et Zambran de casibus occurrentibus cap. 2, dub. ultim. n. 1.

(33. Animi dispositiones ad digne recipiendum hoc Sacramentum sunt status gratiæ, quæ in adultis lethali crimine infectis comparatur plerumque per Sacramentum Pœnitentiæ; Benedict. XIV, Instit. Eccl. 6, § 11.

(34. Tempore pestis, eo morbo affectis non tenetur Episcopus hoc Sacramentum ministrare, cum Sacramentum hoc non sit absolutæ necessitatis; De Synodo Diœces. lib. 13, c. 19, § 6.

(35. In confirmatione tempore pestis non potest fieri inunctio frontis mediante penicillo, nec sane valeret sic collata, cum ex consensu fere omnium Theologorum ad valorem requiratur aliqua manus impositio, quæ certe non fieret, quum alio medio, quam pollice, vel manu, confirmandi frons oleo liniretur; Ibidem § 7, nova editio.

in re a Ferraris sententia nullatenus est recedendum, cum robur obtineat a Resolut. Sac. Congregationis Conc. in *Licien.* die 13 Julii 1654, lib. Decret. 19, pag. 358, eaque refertur in Synodo Tusculana Cardinalis Ducis Eboracensis, pag. 840. (*Edit. Venet.*)

(1) Cæremonias istas etiam posteriores Theologi Juenınus, Turnelius, Drouvenius, aliique passim illustrarunt; consulendi tamen præ cæteris Vicecomes de ant. Conf. ritib. Martenius de Sacr. ritib., et Chardonius in Sacramentorum Historia. (*Edit. Barbiell.*)

(2) Vide Trombellium t. 1, disp. 5, part. 265, et t. 2, disp. 12, p. 202. Cæterum Græci, aliique Orientales fere omnes confirmandis partes inungunt, ut ex Josephi Aloysii Assemani Cod. Liturgico, Impress. Romæ apud Barbiellini an. 1761, ex scriptis eorumdem ordinibus idem Trombellius ostendit cit. t. 1, p. 270, seqq. (*Edit. Barbiell.*)

(3) Bendellum Conc. Benevent. Provinc. an. 1374, tit. 5, cap. 3. Blandellum Trecensis Synodus an. 1400, appellat hanc victam, de qua Catalanus in Pontific. Roman. et Trombellius t. 2, p. 209. (*Edit. Barbiell.*)

(4) Aliqua de alapa profert non obvia laudatus Trombellius t. 2, p. 204, seq. ubi ex Kemnitti irrisionibus hunc ritum vindicat. (*Edit. Barbiell.*)

(36. Pro complemento afferuntur instructiones sequentes editæ Romæ 22 Maii 1722.

INSTRUZIONI, ED AVVERTIMENTI,

PER QUELLI CHE VOGLIONO RICEVERE IL SANTO SACRAMENTO DELLA CRESIMA.

Fabricio, per la misericordia di Dio Vescovo d'Albano della S. R. C. Card. Paulucci, della Santità di Nostro Signore Vicario Generale, etc.

I. Il Santo Sacramento della Cresima, di cui è solo Ministro il Vescovo, stato istituito da Cristo Signor Nostro, affinchè gli uomini rigenerati alla grazia, ed arrollati alla Cristiana Milizia per mezzo del Santo Sacramento del Battesimo, restino confermati nella Fede, e fortificati in essa per la virtù di questo Santo Sacramento, il quale come a valorosi Soldati non solo gliela fa costantemente confessare, ma anche da forza di poter combattere e di resistere alle battaglie de' comuni nemici, perciò vien detto Sacramento della Confermazione, e benchè non sia assolutamente necessario per la salute eterna, non si deve però da nessun fedele tralasciare, attesi li molti sopranaturali effetti, che produce, e li doni, che lo Spirito Sancto conferisce a quelle Anime che lo ricevono, quando però non vi sia l'ostacolo del peccato; per lo che la Santa Madre Chiesa, che desidera ardentemente, che tutti i suoi figli con vera intenzione, e divozione vengano a riceverlo, particolarmente gl'invita, secondo l'antico Ecclesiastico costume, in questo sacro tempo della Pentecoste, in cui si solennizza la venuta del Divino Spirito. Affinchè poi ciascuno sappia quello, che deve fare per disporsi degnamente, e secondo li sacri approvati Riti, abbiamo pubblicata d'ordine di Nostro Signore la seguente Istruzione cavata dai Sacri Canoni, dai Santi Padri, e dal Pontificale Romano, la quale vogliamo che inviolabilmente si osservi.

II. Primo. Quelli che sono stati una volta Cresimati, si guardino molto bene di farsi cresimare di nuovo, perchè questo Santo Sacramento non si può reiterare. E chi dubitasse d'essere stato confermato, o no, non ardisca d'accostarsi a riceverlo, se prima non l'avrà significato a Noi, acciocchè considerata la qualità del dubbio, si faccia quella risoluzione, che sarà conveniente in cosa tanto importante.

III. Chi piglierà questo santo Sacramento deve aver un Compare, o una Commare, acciochè abbia di lui cura spirituale, per lo che conviene, che sia maggiore di età del Cresimando, nè minore di quattordici anni, con questo però, che i maschi non siano tenuti a Cresima dalle femmine nè queste dai maschi : di più nessuno tenga a Cresima se non uno o due senza espressa nostra licenza.

IV. Chi non è stato Confermato non può essere Patrino, o Compare in questo Santo Sacramento, nè il Padre, o la Madre possono tenere i loro Figliuoli, nè il Marito la Moglie, nè la Moglie il Marito : Come anche li Patrini non possono essere Monabi, o Religiosi, nè quelli, che sono stati Compari, o Commari dei medesimi confermati nel Sacramento del Battesimo, secondo l'antichissima consuetudine di questa Santa Romana Chiesa; e senza nostra espressa licenza nessun Ordinato in *Sacris* possa esser Patrino, o Compare nella Cresima.

V. Nissuno scomunicato, interdetto, scandaloso, o pubblico Peccatore, ovvero che non si è Confessato, e Communicato nella passata Pasqua di Risurrezione, come anche chi non sa li rudimenti della Santa Fede, cioè il *Pater noster*, *Ave Maria*, *Credo*, e li dieci Comandamenti, si presenti a ricevere questo Santo Sacramento, o fare l'Officio di Compare o Commare sotto pena ad arbitrio nostro.

VI. Per ricevere degnamente questo Santo Sacramento, devono li Cresimandi essere in grazia di Dio, e però li Fedeli adulti prima procureranno di riconciliarsi con S. D. M. ed è più che bene fare una buona Confessione Sacramentale; altrimenti se s'accostano in peccato mortale, non solo non riceveranno la grazia di questo Santo Sacramento, ma commetteranno un gravissimo Sacrilegio.

VII. Si avverte, che nel Sacramento della Cresima, li Compari, e le Commari contraggono Parentela spirituale con quelli, che tengono, o presentano, e con il Padre e la Madre dei medesimi, siccome nel Santo Battesimo, la quale impedisce di contrarre Matrimonio fra di loro, ed essendo fatto non vale. E tal Parentela spirituale si contrae anche tra il Confermato, e il Confermante.

VIII. Benchè li Fanciulli possono essere Cresimati; contuttociò nissuno minore di sett' anni, senza nostra espressa licenza, s'accosti a Cresimarsi, e questo acciocchè abbia qualche capacità d'intendere l'efficacia di questo Santo Sacramento, e possa riceverlo con più divozione; della quale capacità o disposizione, e che sia ben istruito, come sopra, ne i rudimenti della Santa Fede, dovrà ciascuno Cresimando portar attestato del proprio Parroco (da darsegli gratis) senza di cui non sarà ammesso.

IX. Se alcuno avesse qualche nome profano, ridicolo, o indecente ad un Cristiano, procuri nell'atto della Confermazione farselo mutare dal Vescovo Cresimante nel nome di qualche Santo, o Santa respettivamente; per imitarne le virtù, ed ottenerne il Patrocinio.

X. Nessuno si accosti colla fronte imbrattata, e colli capelli scomposti, come anche li Cresimandi, e li Compari si presentino senz'Armi, e tanto questi, quanto le Cresimande, e le Commari vengano vestite modestamente.

XI. Per togliere le confusioni, gli uomini si presenteranno dalla parte dritta del circolo; e le donne dalla parte sinistra, nè ardisca chicchesia entrare nel detto circolo.

XII. Tutti quelli, che saranno presentati all'amministrazione di questo Santo Sacramento, particolarmente quando si recitano le Preci, et s'invoca la grazia dello Spirito Santo, stiano in ginocchioni, con divozione e silenzio, attendendo con quella composi-

zione di corpo, ed applicazione di mente, che potranno maggiore, alla considerazione di si gran beneficio lasciatoci dal Signore.

XIII. I Cresimati non si partano dalla Chiesa, se non dopo ricevuta la benedizione da Monsignor Vescovo, che li confermerà, e procurino fare scrivere il nome, e cognome loro, del Padre, e del Compare, come anche la propria Parrocchia.

XIV. La Cresima si principierà nella Sacrosanta Basilica di S. Giov. Laterano Domenica prossima di Pentecoste dopo il Vespero, si farà ogni Domenica, ed in tutte le Feste comandate sino alla Domenica dopo la Festa delli Gloriosi Apostoli SS. Pietro e Paolo; ed ogni volta che si amministrerà, ordiniamo, che prima d'incominciare la funzione si leggano sul Pulpito ad alta voce li suddetti avvertimenti.

XV. Per ultimo incarichiamo anche da parte di S. B. alli RR. Curati di notificare al popolo nelle Feste della Pentecoste, ed altre, tanto nella Messa Parrochiale, che nella Dottrina Cristiana la presente Istruzione, e dichiarare le virtù, e li salutevoli effetti di questo Sacramento secondo la Dottrina del Catechismo Romano, e la disposizione, e divozione, con che si deve ricevere; così anche incarichiamo alli RR. PP. Predicatori annuali, acciocchè gli Adulti sappiano, che non si deve trascurare, nè molto differire, ed affinchè possano li medesimi degnamente disporsi a riceverlo più presto, che potranno, particolarmente quelli, che son chiamati da Dio alla Milizia Ecclesiastica, o ad abbracciare lo stato Religioso.

XVI. Per quelli poi, che saranno negligenti, la Sacra Congregazione della Visita con Decreto emanato sotto li 10 Decembre 1661, ordina alli RR. Parrochi, che nel fare lo stato dell'Anime, debbano informarsi, se quelli che sono sotto la loro Cura, sono stati Confermati, notando li negligenti in un libro particolare, e con ammonirli paternamente, acciochè quantoprima procurino ricevere detto Santo Sacramento, e con avvertirli anche, che se per disprezzo sdegnano di riceverlo, non sono immuni da colpa mortale. Avvertano in oltre li Padri e le Madri di Famiglia, acciocchè non sieno trascurati in far confermare li loro Figli, altriment; dovranno rendere stretto conto della loro negligenza al tribunale di Dio.

Dato in Roma dalla nostra solita Residenza questo di 22 Maggio 1722.

F. Card. Vicario.

N. A. Canonico Cuggiò Segretario.

NOTA ROMANI THEOLOGI.

Ad num. 19.

Ex quo jure Canonico statutum sit non posse hominem non confirmatum Patrinum in Confirmatione agere, certum est id non licere; at si revera Patrinum agat, quis inferat vere Patrinum non esse, ac Patrini obligationes non contrahere? Id sane nullibi in jure decernitur. Ergo vere Patrinus esset, licet id illicite ageret, atque vere spiritualem

cognationem contraheret. In eo enim vere illa causa occurreret, ob quam cognatio spiritualis contrahitur, atque impedimentum inde consurgens, ut patet consideranti motiva, quibus Ecclesia ad hujusmodi decernendum impedimentum mota est. Quamobrem certum omnino est, etiam a non confirmato Patrino impedimentum contrahi, et improbabilis omnino est Auctoris opinio, quæ perniciosa esse posset, dum occasionem præberet contrahendi matrimonium inter Personas quæ ob hujusmodi impedimentum contrahere prohiberentur.

RESPONSIO AUCTORIS.

Asserit hic R. Theologus, quod certum omnino est, a non confirmato Patrino impedimentum contrahi, et quod ipse non confirmatus vere Patrinus esset, atque veram spiritualem cognationem contraheret; et quod improbabilis omnino sit Auctoris opinio. Sed revera ejus potius improbabilis est opinio, quinimmo et falsa, ut clare patet ex solidissime et fundatissime adductis ab Eruditissimo Clericato de Confirmatione dec. 59, in cujus argumento sic expresse tradit: « propositis pluribus generibus personarum, quæ non possunt esse Patrini in Confirmatione, ostenditur ab his Patrinatus officium suscipientibus, si quis non sit baptizatus, vel non confirmatus, nullam contrahi spiritualem cognationem; » et sequentes, quas juvat referre, adducit convincentes rationes: Primo, quia prohibitio in Patrino Confirmationis provenit ex eodem fonte, et ex eodem textu, a quo prohibitus est etiam homo non baptizatus, nempe ex cap. in Baptismate, vel in Chrismate 102, dist. 4, de Consecrat. (jam a me allato cit. num. 19) et ideo conveniens est affirmare voluisse textum illum irritare actum in utroque, et sic quemadmodum non baptizatus non contrahit cognationem, ita neque non confirmatus illam contrahat. Secundo, quia mens Ecclesiæ, et intentio Concilii Tridentini est restringere impedimentum cognationis spiritualis ob favorem libertatis contrahentium Matrimonium, ut colligitur ex sess. 24 cap. 2. de Reform. idcirco censetur conformius menti Ecclesiæ, quod Patrinus non confirmatus nullam contrahat cognationem. Tertio, quia Pontificale Romanum in Rubric. de Confirmandis, ait: « Nullus, qui non sit confirmatus, potest esse in confirmatione Patrinus. » Ubi ly *non potest* (quo utitur etiam Canon in Baptismate, vel in Chrismate a me supra citatus) habet vim irritandi actum, quia ultra Doctores hanc opinionem tenentes, quos citat, et sequitur Sanchez de Matrimonio, cap. 7, disp. 60, num. 20, eamdem opinionem amplectuntur novissime tum Canonistæ, tum Theologi amplissimi nominis, videlicet Coninch, Nugnus, Bissus, Bonald. Basilius Pontius, Diana coordinatus, Francis. de Lugo, Tamburin. Cotonius, Trullench., Ligorius, Novarius, Barbosa, Jordanus, Nicolius, Bonacina, Layman, Justus locis ibi ab ipsis citatis,

Leander disp. 5, quæst 5, cum multis aliis ibi citatis, Matthæucci in Cautela Confess. lib. 9, cap. 3, de Confirmatione, num. 8, Marcantius in Horto pastorum, de confirmatione lib. 6, in fine; et Eminentiss. Card. de Lauræa de impediment. Matrimonii, disp. 28, num. 102 et seq. ubi reddit hanc rationem: « Sicut ideo in Baptismo suscipiens non baptizatus non contrahit, quia non potest dare vitam spiritualem, quam non habet, ita quum non confirmatus non habeat robur hujus Sacramenti, non potest alium roborare. » Idcirco quum tantæ prudentiæ, et experientiæ in Romana Curia Auctorem habeamus (præter cæteros allegatos) docentem, a Patrino non confirmato suscipiente in Confirmatione nullam contrahi cognationem spiritualem, absque hæsitatione resolvendum, et dicendum venit, Titium, de quo in proposito casu, posse ducere in uxorem matrem viduam pueri, quem tenuit in Confirmatione. Hæc ille. Quid clarius? Casus autem propositus est iste: « Titius non confirmatus tenuit ad Confirmationem puerum, cujus deinde matrem viduam vult in uxorem ducere. » Quæritur, *an possit?* Et absolute, et indubitanter resolvit, ut supra, *affirmative*, et quidem merito, quia in cit. cap. in Baptismate, vel in Chrismate, æque excluditur a suscipiendo in Confirmatione, qui non est confirmatus, ac a suscipiendo in Baptismate, qui non est baptizatus, sine ulla distinctione, et ubi Lex non distinguit, neque nos distinguere debemus: L. *Non distinguemus*, § 22, ff. de recept. arbitris; L. *Præses* 3, de officio præsidis. L. *De pretio* 8. ff. de publiciana in rem actione, cap. *Quia* circa 22, de privilegiis. Ubi enim eadem est ratio, eadem est legis dispositio. L. *Ideo* 26, ff. de legibus. L. *Illud* 32, ff. ad legem Aquiliam, cap. *Inter corporalia* 2, de translat. Episc. Cum ratio legis sit anima legis; L. *Cum ratio* 7, ff. *de bonis damnator*. Insuper ultra recensitos plurimi alii meam sustinent conclusionem, et signanter Rosignolus, part. 3, de Confirm. quæst. 5, art. 13, num. 4, et seq. Leurenius eod. lib. 4, tit. 11, quæst 209, num. 1. Pignatell. tom. 1, consult. 10, per tot. sic concludens: Et ita declaravit Sac. Congregatio Concilii in una Licien. die 13 Julii 1654. nimirum: « Non confirmatum non contrahere cognationem spiritualem; » Reiffenstuel lib. 4, decretal. tit. 11, num. 27, testans de communi, et afferens dictam Declarationem Sacræ Congregat. Concilii: Roncaglia de Matrim. tract. 21, cap. 3, eamdem citans declarationem Sacr. Congregat. quam Sacr. Congregat. Concilii Declarationem adducit novissime etiam celeberrimus Ubaldus Giraldi Instit. Canonic. p. 2, l. 4, tit. 11, q. 3, n. 7, edition. Roman. 1756. apud Barbiellini; quamvis ipse, ut Revisor fortasse immemor dictæ a se allatæ Declarationis Sanctæ Cong. Concilii, saltim implicite probaverit, seu toleraverit etiam contra seipsum, et suum etiam Maschat injustam Theologi censuram meæ conclusionis tot rationibus, juribus, classicis Doctoribus, ut supra, suffultæ. Unde nescio, quomodo Theologus potuerit, ac voluerit tamquam ex Tripode pronunciare meam opinionem tanto munimine tectam, omnino improbabilem, et suam sic incertam, et a Sac. Congreg. Concil. repulsam, omnino certam. Nisi dicerem, quod sicut supra in verb. *Cappellanus* num. 6, voluit suæ censuræ subjicere ipsissima verba S. Rom. Rotæ, ita hic noluerit admittere meam conclusionem, licet tot solidissimis fundamentis munitam, et etiam ipsa expressissima nunc allata Sac. Congreg. Concilii declaratione.

CONFIRMATIO ELECTIONIS.

SUMMARIUM.

1. Confirmatio electionis, et nominationis approbatio quoad Episcopos primis Ecclesiæ sæculis fuit penes Episcopos Ordinatores, idest Metropolitanum cum suffraganeis. — 2. 3. Quod jus postea ad Metropolitanum integrum devolutum est, et per tredecim sæcula inconcussum permansit. — 4. Sed postea ademptum et ad Sedem Apostolicam devolutum. — 5. Et Romano Pontifici hactenus reservatum mansit. — 6. Merito Sacris Canonibus cautum fuit ne Episcopi Ordinatores præcipitanter prosilirent ad confirmationem. — 7. Electi adversarius aut coelectus est audiendus, et edictum proponendum ut oppositores constituto termino veniant. — 8. His non observatis, confirmatio est nulla. — 9. Examen faciendum circa electionis processum et personam electi. — 10. De requisitis in persona electi. — 11. De moribus electi inquirendum, in quo loco diu conversatus est. — 12. Pristinis temporibus Episcopus electus a Metropolitanis et Comprovincialibus examinatus uno actu et tempore consecrabatur et comprimebatur, neque ante ordinationem dicebatur Episcopus nisi cum addito *Electus*. — 13. Ex stylo Decretalium etiam *Electus* ante consecrationem dicitur. — 14. Romano Pontifici confirmationis jure reservato, processus inquisitionis ad ipsum transmitti debet. — 15. Et hoc si Ecclesiæ non sint ad nominationem vel præsentationem Imperatoris aut Regis alicujus, in quo casu ad Cardinalem illius Regni vel Provinciæ protectorem processum transmittendum. — 16. ad 18. De promovendis quomodo relatio facienda. — 19. Electi a capitulis Generalibus, aut nominati a Regibus non possunt se administrationi Ecclesiæ immiscere ante confirmationem expeditam. — 20. De Concilii Lugdunensis constitutione. — 21. Nec tantum in electione sed etiam in præsentatione et nominatione obtinet hæc Juris decisio. — 22. Nullo jure Electi aut nominati se administratione Ecclesiæ viduatæ ingerere possunt ante confirmationem, nisi sint ultra Italiam constituti. — 23. Electus aut Nominatus, obtenta confirmatione tamquam verus pastor et Episcopus reputatur. — 24. Quæ munera exercere possit. — 25. Provisus aut confirmatus Episcopus non potest possessionem adipisci, nisi Litteris in forma expeditis. — 26. Easque exhibere debet Capitulo. — 27. Ac insuper Principi in suo Consilio exhibitæ et placetatæ esse debent. — 28. 29. Quid exspectare tenentur provisi de Ecclesiis Cathedralibus, quæ Juri Regaliæ subjectæ sunt. — 30. Quid sit Confirmatio. — 31. Confirmatio est duplex, una in forma communi, alia in forma speciali. — 32. Quid sit Confirmatio in forma communi? Nullum jus novum tribuit, sed supponit tantum jam validum. — 33. Quid